



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Paraphrasis Psalmorvm Davidis Poetica**

**Buchanan, George**

**Argentorati, M. D. LXVIII.**

**VD16 B 3125**

Psal. CX. Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis, &c. Carm. gen.  
3.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69145](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-69145)

Tuaq; saluum me sciant clementia.

Dū maledicta uomēt hostes, dū probra loquē-

Bonusq; placidusq; benedices tu mihi. (tur

Dum confusa illis turpis pudor ora notabit,

Lætitia serui pectus hilarabit tui.

Hos pudor, ut talos à uertice uestis ad imos

Effusa latē corpus omne contegit,

Hos pudor, & mærens turbato infamia uultu,

Qui me maligno dente rodunt, obruat,

Ast ego tū Domino grates memor ore sonabo,

Cœtuq; laudes in celebri concinam,

Qui stetit auxilio dexter cum paupere, uitāq;

Eripuit eius hostium ludibrio.

PSAL. C X. Dixit Dominus Dominus meo,

Sede à dextris meis, &c. Carm. gen. 3.

Ic alloquutus Dominus est Dominum meū,

Aside dexteram ad meam,

Dum proterendos, ceu scabellum, sub pedes

Hostes tibi prouoluero.

Ad orbis oras ultimas fasces tuos

Alta ab Sione proferam:

Vtiuris æqui uinculis coérceas

Fastus rebelles hostium.

Te pompa lætis quum reducet plausibus

Ad tempa uoti compotem,

Sancto decorus apparatu exercitus

Lætum celebrabit diem.

Non roris imber ante lucem argenteus

Sic uestit arua gemmeo

Decore,

Decore, ut omnes gentium fines tui  
Beabit ortus nuntius.  
Iurauit & se adstrinxit immutabili  
Dominus sacramento tibi,  
Tete futurum Melchisedecis sibi  
Ritu sacrorum antistitem,  
Sol inquieto lucis orbe dum diem,  
Dum luna noctem illuminet.  
Ad dexteram ille semper assistet tuam:  
Ferro tyrannos uindice  
Compeccet: iram commodans suam tibi  
Gentes rebelles comprimet.  
Ducemqz regnis imperantem ditibus  
Sternet folo: torrentibus  
Late per arua sanguinis riuis sitim  
Victor leuabit igneam.  
Ergo subactis hostibus, cælo caput  
Tolleret decorum gloria.

PSAL. C XI. Confitebor tibi Domine in  
toto corde meo, &c. Carm. gen. 4.

Sicut inter fidos nostraem secreta sodales,  
Seu sancti stipante caterua  
Me populi loquar, alme parés, te pectore toto  
Visqz canam: tua munera grato  
Ore feram. magna æternæ miracula dextræ:  
Magna quidem, sed & inlyta certe,  
Et manifesta bonis, studio scrutantefideli.  
Quicquid enim gerit, omnia splendor,  
Omnia diuina maiestas luce resplendens  
Illustrat